



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

42. De conciatione miseracionis per Characterismum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

tiā, & optimarum artium disciplinis exculus, si specie corporis, si affabilitate sermonis, & morum candore, gratia, simplicitate, & ceteris ornamentis, quibus vulgo homines commendari solent, præstiterit, si familiaris, si similis etate, genere, dignitate: hæc sensum doloris efficit molliorem.

Deinde etiam augetur miserationis, si ab indignissimis hominibus, & ab ijs, quos beneficis denixerat, præter omnium cognitionem illata sit iniuria.

*A loco.* Si eos habeat miseriарum suarum spectatores miser, quos minimè velit, si in loco, qui minimè eum deceat, & cruciatum asebitatem augere possit.

*A tempore,* si noua, si extra tempus iniuria sit illata, vt si tener flocculus ipso ætatis limite fuerit demesus, cum iam ad magnas spes pubescere inciperet, eo magis defierit: Et hoc in funere Pulcheriae plurimum luget. *Gregorius Nyssus.*

*Grig. Nyss.* *Injuxtere Bulcheria.* Noſa (inquit) teneram hanc columbam, Quæ in nido regio nuttiebatur, quæ iam primum quidem nitidioribus pennis volueris evadebat, sed æratem gratijs, & virtutibus excellente reliquo nido discesserit, vt ex oculis nostris anulae sit, vt eam, iuvidia repente de manib[us] nostris rapuerit, sive columbam dicere oportet, sive recens pullulante florem, qui nos dum quidem rotu suo splendore ex gemmis, ac vaginis emerſerit, sed partim quidem iam eniuſſet, partim vero in lucem emerſurus speraretur: Nec eo minus in exigua sui parte rajnum in modum resplenderet, vt repente in gemma emarcuerit, &c.

*A fine.* Si qui patitur, Dei amore, & virtutis conservanda gratia patitur, quales sunt martyres, quorum ideo cruciatus honestatis causa sucepti ad misericordiam mouendam efficacissimi sunt.

Multa postremo in modo, & ceteris circumstantijs contingunt: ut boni quid alicui euenire multa per p[ro]fessu[m], cum iam nullus fructus sic futurus. Qualia fuerunt regia munera ad Diophitum iam mortuum missa. Vel, vivo quidem magis esse opulentiam, verum tamen cum in phrenesia lapsus, nihil eorum sentire. Quales esse poterant Nabuchodonosori purp[ur]a, Sceptra, Sellæ Regiæ, quartum terum viu[m] mentis impos, errans in solidi- mibus minime percipere poterat.

Hæc sere sunt miserationis obiecta, in qui-

bus minimus labor est, occurunt enim prius, quam cætera, sed penes modum gravior, & impensior cura versari solet.

### De concitatione miserationis per Charactismum.

#### CAPVT XLII.

*F*acilis est omnino, & expedita miserationis ac lachrymarum concitatio. Cum ipsi ante oculos miseri versantur, & ea doloris edunt signa, quæ in his angustijs natura solet egere.

Quando autem hæc desunt, danda est singularis opera, vt eorum, quæ gesta sunt, charactismus, & descriptio quam artificiosissime sit, quo res ante oculos ponи videatur.

Notandum est autem in hoc genere dupl[icem] initia viam, alij enim (vt cum Quintiliiano loquar) in malis sunt ambitiosi, & quequid narrant, copiosa admodum, figurataque oratione diffundunt.

Alij in hac re parciores rem quam aptissime, sine vilis supereretionibus exponunt, & moderatis affectibus opportune distinguunt, in quo plerunque miseratione digniores videntur, quod minime sunt queruli, & in rebus amplificandis profusi. Talia sunt illa Quintilianii commemorata superioris.

*Mibi filius minor, quintum egressus annum, ut in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen. Non sum ambitiosus in malis, nec agere lachrymarum causas volo, utinamque est ratio minuendi, sed dissimulare qui possum quid ille gratia in vultu, quid incunditatis in sermone, quos ingenij igniculos, quam praestantiam placide (& quod scio vix posse credi, tantum altæ) mentis cederit?*

Vide quam modesta oratio, & ideo apud eruditas præsertim aures est ad affectus magis efficax. Satis enim, & cum magno affectu expressa videtur his verbis orbitas. *Ut in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen. Iam quam apte ista post verecundam orationem subiunguntur. Sed dissimulare qui possum, quid illi gratia, ut non apparatus, sed dolore expressus, reluctante etiam animi grauitate, videatur affectus. Hæc autem prudenter intexta: Nec angere lachrymarum causas volo, utinam est ratio minuendi. Dissimulat enim,*

Cicero vbi-  
ma in Ver-  
bum.

se concitandi affectus iocuisse confilium,  
quod longè efficacius, quam si multis verbis  
fere iuberet auditores: quod artificium ob-  
sernauit M. Tullius in Gaij supplicio. Rem,  
inquit, in medio ponam, quæ tantum habet ipsa  
grauitatis, ut neque mea, quæ nulla est, neque  
cuiusquam ad inflammados animos elo-  
quentia requiratur. Deinde,

Cædebat virgis in medio fôto Messianz  
ciuius Romanus, cùm interea nullus gemitus,  
nulla vox alia istius miseri, inter dolorem cre-  
pitumque plagarum audiebatur, nisi hæc, cuius  
Romanus sum. Et.

**C**rus, crus, inquam, infelici & ærumnoſoſ, qui nunquam istam potestatē viderat, comparabatur. Deinde, Quam aptè ad motum intericta exclamatio. O nomen dulce libertatis! ô ius eximium nostræ ciuitatis! ô lex Porcia, legesque Sempronias. Hæc etiam si nihil aliud diceret, misera & miserabilia sunt, plusque afficiunt grauium perfonarum animos quam ambitione & querimonie, maximè vero vbi sunt per se satis atroces, & funesta, qualis est historia de cæde liberorum. Scdecia in sacris. Si ille euulfis luminibus squallidus, & cruentus, hæc sim- pliciter narrat, quis miseratione non moueatur?

Continuo mittuntur ad nos in carcere Babylonis carnifex, & me comprehensum, ijs

catenis, quæ ærumnoſus trahebam, ad palum alligant.

Quid sceleris pararant, nesciebam, tantum exercebam iugulum, hortabar ut ferirent, mortem extremam miserorum spem, quasi iam proximam latens amplectebat. Sed illi longe atrociores cogitabant tragodias: filios quippe meos artipiunt, & lenta morte cruciatos, sub ipsis parentis oculis necant. Vidi, vidi, & in id tantum oculos habui, nunc eorum, ut vides, cruento iaceo respersus (Hic cum tantisper suspirasset). At illi teneri morientibus oculis me aspiciebant, & cum hæceret adhuc in labellis anima, patris, heu blandum & dulce nomen, sed perituri nihil profuturum! appellabat. Postquam miseris meis sum abundè satiatus, ijdem carnaſices, qui lucem filii eriperunt, milia oculorum lumen erunt: [ fateor (dilectissimi) hoc non doluit, vestra magis vulnera doluerunt.]

Hæc simplici narratione & modicis affectibus dicta, non mediocrem tamen ad excitandas miferationes vim habent.

Alia ratio est cum, excelsè, figuratè, magnificè, res ponitur ab oculis. Qualia sunt illa D. Chrysostomi de martyribus, vbi varia corum tormenta non simpliciter narrantur, sed per antitheses copiosissime illustrantur.

B. D. Chrys.  
sot. homil.  
43 p. 576.

**A**Νθραγες ὅπερ σά, φησιν, οἱ ἡδεῖς ἐπο-  
νοῦσι δόται τέ Σεχονίπποι ἀνῆψα, οἱ ἡδεῖς εἰς πη-  
γας ὑδάτων φυχήσανταρούσερπειφαν κατέβα-  
γατας πληυράς, καὶ βαθέας ἀντεμον διλαχεῖ-  
σθεντας πληγαγον ρύανχες αἰματων, οἱ ἡδεῖς χρυσά-  
πανταδεν περιφέρειαδηνοι, οὔτε τε λεπλασιζονται.  
τεις κρημνοῖς ἔρριψα, καὶ ἡδεῖς πέλαγος κατεπώ-  
ντια, οἱ ἡδεῖς εἰς εἴδη βιδον κατεκαινοντες, άλλ  
άλλες εἰς αὐτὸν ἀναβαίνοντες τε οὐρανὸν, οὔτε διε-  
κειντα σκιρῶντες, καὶ ἀγαπόμενοι, καὶ ἐσπερεῖ-  
εργα πομπῇ χορεύοντες, καὶ οὐ λειμῶν σαργοντες  
χλορῷ. οὔτε τὰς τιμωρίας ἐνεγκαίρων, οὐτε της  
οὐχ οὐ τιμωρίας, ἀλλ' οὐς ἀνθηλαμβάνοντες τα-  
γενά, καὶ σερανθιδηνοι. καὶ τὴν τοικείαν προδυμιλα-  
νεπεριολογητὰς ἐμές προερθανον τιμωρίας.

**C**Arbores, inquit, substernebam: illi autem tanquam ad rosas currebant. Ignem accendebam: illi vero, tanquam in fontes frigidarum aquarum scipios proijecibant. Latera cædebam, & profundos in eis sulcos faciebam, & riuos sanguinis deducebam: illi autem tanquam auro omni ex parte circumfluentes gloriantabantur. E precipitijs iaciebam, & in mare demergebam: illi vero, non tanquam in ipsum cœlum ascendentis, ita affecti erant, exilientes, & exultantes, & tanquam in profundum descendentes, sed tanquam sacra pempachoreas ducentes, & in herbido prato ludentes: ita arripiebat unusquisque cruciatus, non tanquam cruciatas, sed tanquam vernos flores carpentes, & coronas contexentes; & insigni animi sui alacritate cruciatos meos p̄ixi ueniebant.

ITEM

ITEM DE SANCTIS MACHABAEIS.

D. Chrysostomus, homil. pag. 625.

**Ε**κεῖς μὲν γέρο τὸ πολόν τὸ διδύνης, ς ὅπλιγα  
τυχίᾳ λοιπὸν ἀπτεμένοτο. οὔτε τὴν ἕπερσίν  
διανοία καὶ ἀκριψῆς γένεις τοιούτην, διότι τὸν φύσιτον  
τὸν δὲ τὸν πεπλοῦν τῷ μηρῷ, στρεψόντεν διέρχεται  
τοῖς εἰκεῖνοι. οὔτε τῷ φρέσκεσσιν καὶ φύσιτος, οὔτε τὸν φύσιτον  
τονεῖ μετὰ τὸν φύσιον. οὐδὲντεν τὸν φύσιτον διά-  
βασθεντοί τούτουντο εἰκεῖνοι, οἷας ἀπήφεται  
μηδὲ καθαίρουσθε τύραννοί οὖτοι, εἰκὲ μὲν γέρον  
τρέφει τὸν πυρὸς γάρθα, καὶ ποστα, καὶ τυπτόμενον,  
καὶ κλιπατός τον. σύγταθε τὸν φύσιον, ιδίων, φιλοσο-  
γύια, παρέστη συμφρονία, οὐχ οὕτως ἐπεγγανθο-  
τοκεῖνοι τοτὲ πυρὸς κακείνοι, οὐτε τηγανίζετο  
αυτηδιά τὸν φιλοσοφίαν. αλλὰ ἔρχεται διά τὸν  
ευτελεῖν, καὶ φύσις ἐμάκελον κάρπην, τοῦτον καὶ  
χάριτον τον. εὐτελεῖα ἀδίναν περιγένετο,  
καὶ πῦρ ἔρεπτη πυρὸς, τὸ πιευματικόν  
τὸ ρυπικόν, καὶ τὸ παρά τὸν φύσιτον τὸν τυ-  
ραννὸν καθεύδει. καὶ γενάπτερον δαλατία τοι-  
τούτη δεχομένη κομάτων περοσολάς, εἴργε μὲν το-  
κίνητο μένει, εἰκεῖνα τὸ φρόνδια λύσατο φράντει  
ραδίως. σύγταθε καὶ καρδία τὸ γυακός εἰκε-  
νης, ἔστιρης δαλατία τοτέ δια κύματα δεχομένη  
ταῦτα περοσολάς τὸν διδύνην· τούτην ἀπίνητο  
ἔιδει, ταῦτα τὸ περοσολάς εἰκείνας τερέφει καὶ φιλοσ-  
φίας γέμοις διέλευτο γοινοτομῷ. οὐδὲντεν μετέτο δεῖται  
τὸν τυράννον, οὐδὲ διτεώς μήτηρ αὐτὸν δέσποτας  
εἰκεῖνος γένοσιον παῖδες αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν συγγενεῖαν  
τὸ φύσεως, αλλὰ διὰ τὸν κομωνίαν τὸ δεῖται. οὐδὲ  
θεόμητενδρεῖν κολασικὸν τοῦρ, αλλὰ γαμιλίον  
λαμπτάδα. οὐχ διτεώς μήτηρ κοσμοῦσσε παῖδας  
εἰς γέμουν εὐρράμψαται, ὡς ἐκείνη κατλαζούσεις  
βλέπεται ἔχαρε· καὶ καθεύδεται τοτέ μετοληπτι-  
σαλπησαν νομικῆν τῷ τοιούτῳ πλεύστα· τῷ τούτῳ  
πατέσσας ἵστησα γαμιλίος· διτεώς τὸν μὲτεπούσον  
λείψεις τούτῳ ἔπειτα τέγανα βρέχοντα, τὸν τὸν  
κεφαλὴν ἀκτοτεμόροφον δρόστα γέγαλλετο· καὶ

Nam illis quidem pars maior doloris animi deliquis succidebatur; haec vero integrata mente, iudicio illatio sinceritatem Machabaeorum, que cerebantur, sensum ob naturam capiebat; ac videre erat genum triplicem; quem <sup>rumpere</sup> triplex. Ille tyrannus accendebat, quem excitabat natura, quem spiritus sanctus inflammabat. Non tam Babylonius tyrannus ille formacem excitauit, quem matris fornacem hic tyrannus accedit. Nam illic quidem ignis fomes erat naphtha, pix, stuppa, farmentum; hic vero natura, dolores partus, libetorum amor, puerorum concordia. Non ita illi facientes in Machabaeo-igne vibrabantur, atque haec ob amorem liberorum vibrabantur, sed ob pietatem vincebantur; & certamen natura cum gratia pugnabat, & victoriam gratia reportabat: religio maternum affectum superabat, & ignis ignem vincebat; spiritualis naturalem, & quem crudelitas tyranni succidebat. Et quemadmodum marinus scouplus, qui fluctuum incurvus excipit: ipse quidem manet immobilis, illos autem in spumam disfollatos faciliter tollit; sic illius quoque mulierculi cor, tanquam scouplus, marinos fluctus excipiens dolorum incurvus, ipsa quidem manet immota, sed incurvus illos firma, & philosophiae plena mente dissoluit. Ostendere tyrauno contendebat, se vere matrem illorum esse, verè filios illos suos esse genuinos, non propter naturæ cogitationem, sed propter virtutis communionem. Non se ignem tormentorum, sed faciem nuptialem cernere arbitrabatur. Non ita mater, quæ filios ad nuptias exornat, letatur, ut illa, supplicijs cum cerneret excruciatos, gaudet, & quasi hunc stola sponsali amiciret, illi coronas necteret, alteri thalamos nuptiales erigeret, ita hunc ad lebetes, illum ad sarcinas currentem, alium capite truncatum cum cerneret: exultabat: Omnia tum fumo, nidorumque sedundabant, ac sensibus omnibus affectis liberos suos experimento cognoscebat: per oculos eos intuens, per aures verba exaudiens, ipsis naribus sumum illum carniuum suauem & inlauacem excipiens: insuauem quidem infidelibus, Deo vero, ipsisque omnium suauissimum.

Hhh

Ἐν τῷ πάστρῳ γέγονεν, οὐκ εἰπόμενος μετα, καὶ διὰ τὸν αἰδητήριον ἀπάνθεν τὴν τοίραν ἐστέρι τὸν  
παῖδαν, διὰ τὸν ὄφελον τοῦ δρῶσα, διὰ τὸν φίλοτον ἀκεχύστα βικατώμενον τῇ πόντῃ τοῦ  
πατρού δεχομένη τὸν σαρκῶν, τὸν ἡδὺν ἔκειναν, καὶ ἀκούσαντον τοῖς ἀντίσοις, τῷ περιθῶτι καὶ αὐτῇ τῷ πά-  
νω θεοῖσαν.

**N**ec minus in hoc genere admirabilis est  
D. Gregorius Nazianzenus, è cuius Græ-  
co hæc expressa, ubi matrem Machabæorum  
in martyrio circumstarem describit.

*De Greg.  
orat. 22. de  
Machabæis.*

At vero strenua mater, non secus atque ar-  
uicula, cuius pullos anguis, aut alia infidiosa  
quæpiam fera arripuit, circamuolabat, stride-  
bat, obsecrabat, vna in septem filijs cetrabar,  
nihil eorum omittens, quibus eos ad victori-  
am paratiore, alacrioreisque redderet. Mo-  
dò crux stillantes guttas rapiebat: modò  
lacera colligebat membrorum fragmenta,  
modò etiam defunctorum martyrum reli-  
quias, sanguinem suum adorabat, alium in-  
ter suos amplexus exanimem recipiebat, ali-  
um portrigebat, alium interim ad eandem pu-  
gnam comparabat, omnibus quantum poterat  
exclamans:

Euge filij mei, euge strenui mei milites,  
euge in corporibus fermè incorporei, euge  
legis patræ, canæque senectutis meæ, atque  
ciuitatis, quæ vos aluit, & ad eam virtutis  
magnitudinem euexit, præsidum, ac pro-  
pugnaculum. Paulum adhuc, & vicimus: de-  
fatigantur sacrifices, hoc unum extimesco:  
paulum adhuc, & ego inter mulieres beatae,  
& vos inter adolescentes beati. At fortasse  
vos matris desiderium angit? Nequaquam  
vos deseram, hoc vobis pollicetur, non tam libe-  
ros meos odi.

Quis non interesse huic suppicio, cum hæ-  
c legit, & beatam Heroïnam videre se pue-  
ret?

#### De Miseratione.

Per contentionem fortunarum.

#### CAPUT XLIII.

*Miseratio;*  
*sufficax per-*

Crebra est quoque, & efficax, quæ per  
contentionem fortunarum fieri solet mi-.

seratio: nam, cum maximum sit infortunij  
genus, fuisse aliquando felicem; ubi quis ab  
excitata, fluentique fortuna, in maximas de-  
uenit acerbates, optima ratio est commo-  
duendus affectus, si utraque fortuna per insig-  
nem antithesen comparetur: quod magis sic  
præstitit Cicero in peroratione pro Mur-  
na.

Modò maximo beneficio P. Romani orna-  
tus, fortunatus videbatur, quod primus in Cœpro  
familiam veterem, primus in Municipium Murens,  
antiquissimum consularum attulisset: Nunc Videpo-  
rit idem squallere sordidus, confectus & obtuso L.  
lachrymis, ac mortore perditus, vester est Flaccus, Quindiu-  
supplex, Iudices, vestram fidem obtestatur,  
misericordiam implorat, vestram potesta-  
rem, arque vestras opes intuetur. [Deinde]  
Si, quod Jupiter omen auertat, hunc vestra  
sententij afflixerit, quod semiser verteret? Do-  
mumne, ut eam imaginem clarissimi visi,  
quam paucis ante diebus lauretam in sua  
gratulatione confexerit, car' em deformata  
ignominia, lugentemque vi sat? An ad ma-  
trem? quæ misera, modò confusile osculata  
filium suum, nunc cruciatur, & sollicita est,  
ne eundem paulo post spoliatum omni dig-  
nitate conficiat? Sed quid ego matrem, aut  
domum appello, quem noua pæna legis, &  
domo, & parente, & omniam suorum confusio-  
nem, conspicuque priuat? Ibit igitur in exilium miser? quod ad orientis partes, in qui-  
bus annos multos Legatus fuit, & exercitus  
duxit, & res maximas gessit? at habet magnum  
dolorum, unde cam honore deceperit, codem  
cum ignominia reuerti: An se in contrariam  
partem abderet? in Gallia Transalpina, quem nu-  
per summo cum imperio lubentissime viderit,  
eundem lugentem, marentem, exulem videat  
&c.

Motum vero utrumque per characteris-  
mum, & utriusque fortunæ contentionem complexus  
est Hegeippus scriptor nobilis, in illa sua Hic. Hegipp., in  
resolymita monodia, quam hic ex Græco o. Anac.  
ratorie expressimus.

Vbi est maxima ciuitas Hierusalem? ubi  
decorat?